

No. 323. 1503.

Ordnung der jährlich in der Octave des heil. Leichnams stattfindenden Procession. Anno XV^e III incepta. Processio in octava corporis Christi ita ut sequitur peragetur et in futurum omni anno aura serenante servabitur.

Signata hora septima fratres minores in ornatis suis cum certis reliquiis, sacramento tamen cum monstrantia domi relicto ad ecclesiam pergant beatae virginis Mariae. Eadem hora dominus plebanus beatae virginis stet paratus accumulantis dictis patribus et populo cum sacramento accedere ad ecclesiam sanctae Affrae atque accedat; et statim pulsu campanarum sub decantatione sextarum in ecclesia nostra matrice facto dominus praepositus sanctae Affrae cum canonicis suis, fratribus minoribus ac populo cum una monstrantia, quam praepositus prior aut senior monasterii portabit, in ecclesiam nostram veniet sacramentum ad altare summum repositurus. Horis itaque finitis domini praelati, canonici, perpetui et temporales aliaeque personae ecclesiae cum sacramento in una monstrantia, quam dominus praepositus ut supra deferet, ad civitatem processionaliter descendunt cum responsorio ‚Homo quidem‘ et aliis oportune canendis.

Ordo in processione servandus. Post vexilla maiora vadant primo laici cum magnis pictis candelis, hinc sequuntur virgines in albis profusis crinibus cimilibus ornatae, hinc ambarum ecclesiarum scolares, post eos chorus constabulorum cum choralibus beatae virginis, hinc chorales ecclesiae nostrae et capellae principum, postea incedant fratres minores, hinc domini capellani vicarii et canonici in ordine suo. Post dominos canonicos deferentur parvae vexillae, hinc candellae cereae, quas sequentur angeli creati. Eos sequetur tumba sancti Donati et plenarium; huic procedant duo fratres minores, unus in diaconi, alter in subdiaconi ornatibus, suo modo duo canonici regulares sanctae Affrae et sex diaconi et subdiaconi ecclesiae nostrae omnes et singuli nonnullas sanctorum reliquias in manibus deferentes. Ultimo succedat dominus praepositus sanctae Affrae sacramentum gestando familia et cohorte armigera civitatis stipatus utriusque sexus plebe sequente in ordine suo.

Fit autem processio ad coenobium minorum per forum nundinarum, a coenobio ad forum commune in medio civitatis ubi habetur tunc statio cum cantico laudis ‚Te deum laudamus‘ et antiphona ‚Melsisedech.‘ Abhinc itur ad plateam dictam dy Kyrnisch gasse et circueundo pervenitur ad ecclesiam beatae virginis. Ibi summa missa de festo corporis Christi solemniter cantabitur, cui et processioni interessentes sub decantatione ‚Agnus dei‘ praesentias merentur distribuendas, missa autem finita quisque ad suas redeant ecclesias, et in progressu ecclesiae vox tonitruum cum versu et collecta de sancto Johanne ewangelista, ceteri ut eis videbitur. Et inter procedendum praeter stationem fori fiant alias tres morulae seu pausae, prima ex opposito domus vicariae sanctorum Cosmae et Damiani quasi sub fenestra domus acialis ibidem, secunda in monasterio minorum, ultima prope fontem in der Kyrnisch gassen, sub quibus morulis silet chorus maior et alia nihilominus laudis personabunt cantica ob reverentiam sacramenti saluberimi et ad laudem dei.

Nach dem Chartul. monast. s. Affrae II. fol. 221.

No. 324. 1504. 31. Mai.

Der Probst und Convent gewähren dem Domvicar Vinc. Rodis, der zu Einrichtung einer Bibliothek ihnen 50 Bücher und 100 Goldgülden übergeben, freie Wohnung und Tisch in ihrem Kloster auf seine Lebenszeit.

Wir — Symon Tawsch probst, Valentinus Gotzsche prior, Johannes Lommatzsch senior, Johannes Reincke kuchmeister, Symon Sartoris pfarrer vünd gantz